



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXVI. Markgraf Ludwig verpfändet an Bromold Wutsick Hebungen in
Grünrade, am 2. October 1333.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XXVI. Markgraf Ludwig verpfändet an Bromold Wuttick Hebungen in Grünrade,
am 2. October 1333.

Sabbato post festum beati Michaelis in Munchberg, Obligauimus Vromoldo Wuttick suisque heredibus sex frusta reddituum precarie annue in villa dicta Grünenrod pro XX marcis argenti brandenburgensis, tali condicione interposita, quod ipse suiue heredes debebunt et debent predictas sex libras nobis aut nostris heredibus in predictis viginti marcis, secundum certam scientiam officii nostri, qui tunc pro tempore fuerit, defalcare. Referuantes tamen nobis facultatem, dictam reddituum pensionem sic quod singula percepta, solutione pendente, etiam defalcabit, omnimode, quandocunque decreuerimus, redimendi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I, C. 4 in qu.)

XXVII. Markgraf Ludwig verkauft dem Heinrich, Gerhard und Nicolaus von Berwenitz Angefälle
im Dorfe Kammin, am 2. October 1333.

Eodem anno, sabbato post michaelis, in Müncheberg. Contulimus henrico, Gerharde et nycolao, fratribus de Berwenitz in solidum et manu conjunctam seu coadunata eorumque veris heredibus successionem siue deuolucionem reddituum siue honorum subsequentium ex parte quarundam viduarum ad nos deuoluendam, videlicet quatuordecim frusta denariorum brandenburgensium in villa dicta kemitz sita cum iure patronatus et omnibus suis iuribus, pertinentiis, honoribus, gratiis et commodis, eisdem bonis pertinentibus ex antiquo, sine impedimento pacifice possidenda, precaria siquidem dextrarii vna cum curruum seruiicio ceterisque iuribus et consuetudinibus nobis in eisdem bonis competentibus omnimode reservatis. Pro qua quidem collacione nos ab eisdem fratribus XL^{ma} marcas argenti brandenburgensis expedite pecunie recognoscimus recepisse. Testes sunt honorabilis et gloriosus vir frater heinricus de zupplingin, strenuique viri albus humel de Liechtenbergh, diepoldus Guzze, hermannus de wolkow, milites, cum aliis fidedignis.

Aus dem Leipz. Copialbuche d. B. Landsberg fol. 23, No. IV.